

In grege pro involucri fabrica insignis et cum *C. polyclada* DC. tantum comparanda, a qua differt rhizomate lignescente, foliis punctatis, indumento fere deficiente caule superne tantum (nec a basi) ramoso-corymboso, anthela nec scoparia, involucri vix (nec valde) constricti phyllis apice subrecurvis.

***Centaurea (Calcitrapa) iberica* Trev. var. *brevispina* Freyn et Sint. A typo differt capitulis minoribus et spinis phyllorum dimidio brevioribus usque nullis. Achenia et pappus typi. ☉ Augusto.**

Paphlagoniae ad Tossia, in campis ad Sabadscha typo promiscue invenit die 4. aug. 1892 Sintenis! (Exsicc. 4913).

***Cichorium Intybus* L. var. *eglandulosa* Freyn et Sint. Planta elata ramosissima pro ratione parviflora et exceptis foliis plus minus papilloso-hispidulis laevis. Involucri phyllis extimis margine scabridulis, intimis apice puberulis, omnibus eglandulosis; flosculis involuero duplo circ. longioribus; pappo achenium 8—10 plo brevius. 2. Augusto.**

Paphlagoniae ad Tossia, ad versuras prope Sabadscha die 4. aug. 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4919).

***Lapsana adenophora* Boiss. var. *eglandulosa* Freyn et Sint. — Inflorescentia peniculato-corymbosa, foliorum lacinae repandae, capitula pro ratione parva omnino typi, a quo indumento a basi ad medium caulis pubescente superne deficiente differt. Pedunculorum longitudo uti in typo variat. ☉ Junio.**

Paphlagoniae ad Tossia: in fruticetis planitie Derin-ös die 17. junio 1892 leg. Sintenis (Exsicc. no. 4334).

***Scorzonera mollis* MB. var. *minor* Freyn et Sint. Omnium partium typo dimidio minor, involucrum pauciflorum pollicare angustum tandem subcylindricum, folia angusta (2.5 mm tantum lata) acuminata saepe undulata et ad apicem flexuosa saepe hamata, scapum aequantia breviora vel longiora. Achenia (nimis juvenilia tantum vidi) typi videtur. 2. Exeunte Majo.**

Paphlagoniae prope Tossia: in pascuis montosis ad Pertschim die 28. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4111).

Affinis videtur etiam *S. stenocephalae* Boiss. alpes altissimas Persiae austro-occidentali incolanti sed valde diversa capitulis non anguste cylindricis, floribus luteis (non extus purpureis) indumento arachnoideo-lanato (nec puberulo), foliis obscure viridibus (nec glaucis). *S. mollis* δ . *eubaea* Boiss. Fl. orient. VI. 320 nostrae habitu et omnibus fere characteribus similis ab ea tantum differt indumento adpresse cano et scapo foliis brevius.

***Rodigia gracilis* Freyn et Sint. Annu multicaulis gracilis a basi ad apicem plus minus setoso-glandulosa, caulibus adscendentibus vel procumbentibus a basi vel a medio**